Fragmentarium

malum innotes[ce]
ris dum appropinquauerint anni
cognosceris dum aduenerit tempus
ostenderis. In eo
dum conturbata fuerit ani
ma mea in ira misericordie memor
eris. Deus
a lybano ueniet et sanc
tus de monte umbroso et condenso.
Operuit celos ma
iestas eius et laudes eius ple
na est terra. Or.

Deus qui peccati ueteris heredi
tariam mortem in qua posteri
tatis genus omne successerat xpi
cuius domini nostri passione soluisti. do
na ut conformes eidem facti sicut
ymaginem terrene nature necessi
tate portauimus. ita ymaginem ce
lestis gratie sanctificatione portemus. Per.
In diebus illis. Lc. libri exodi.
Dixit dominus ad moysen et aaron in

terra egypti. Mensis iste uo[bis]
caput mensium: primus erit in mensibus an[ni]
ni. Loquimini ad uniuersum cetum
et dicite eis. Decima die mensis hu[ius]
tollat unusquisque agnum per famil[ias]
et domos suas. Sin autem minor
numerus ut sufficere possit ad ues
cendum agnum: assumet uicinum suum
qui iunctus est domui eius. iuxta
numerum animarum que sufficere
possunt ad esum agni. Erit autem
agnus absque macula. masculus
anniculus. Iuxta quem ritum tolletis
et edum. et seruabitis usque ad quar
tam decimam diem mensis huius. im
molabitque eum uniuersa multitudo
filiorum israel ad uesperam. Et sument
de sanguine ac ponent super utrum
que postem et in superliminaribus domo
rum in quibus comedent illum. Et e
dent carnes nocte illa. assas igni
et azimos panes cum lactucis agres
tibus. Non comedetis ex eo crudum
quid nec coctum aqua. sed assum tantum
igni. Caput cum pedibus eius et intestinis
uorabitis. nec remanebit ex eo quic
quam usque mane. Si quid residui
fuerit. igni comburetis. Sic autem
comedetis illum. Renes uestros accin
getis. calciamenta habebitis in pedi
bus tenentes baculos in manibus. Et
comedetis festinantes. Est enim
phase id est transitus domini.

License: public_domain – Gent, Archief Gent, OA_158_08, fol. 116v – Noted missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-mida/9613/70471)